UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei declamatoribus admodum vtilis et necessaria

Ammiani, Sebastiano

Venetiis, 1562

Honorare debemus pare[n]tes propter quatuor.

urn:nbn:de:hbz:466:1-30415

Visual Library

obedientiam Chriſtus adimpleuit, &
Matt. 3 ſic impletur illud Matthæi. Sic decet
nos implere omnem iuſtitiam, id eſt,
omnem humilitatem.

Honorare debemus parentes propter quatuor.

Eccl. 7. PRimo, quia ſcriptura docet. Ecclesiaſticus. Honora patrem tuum, & legis matris tuæ ne obli-
Tob. 4. uiſcaris. Tob. Honorem habebis matri tuæ, omnibus diebus uitæ eius.
Baſil. Baſilius. Parentes noſtros ut propria uiſcera diligamus. Secundo quia deo placet, quod docuit dupliciter. Pri-
Exod. 20 mo, per præceptum. Exod. Honora patrem tuum & matrem tuam. Secundo per exemplum. in eo quòd ſubdi-
Luc. 2. tus fuit Ioſeph & matri eius. Neque cum eſſet in anguſtia paſſionis, oblitus eſt matris ſuæ, imò curam ipſius
Io. 19. habens Ioanni commendauit. Et modo eam tantum facit honorari in ſancta eccleſia, ut multi uideantur deuotiores eſſe matri, quàm filio, quòd modo ideo fieri, ut oſtendatur quantum ſibi placeat. quòd parentes à filiis ho-
Eccl. 3 norentur. Vnde Eccleſiaſticus tertio. Qui timet dominum honorat parentes, & quaſi dominis ſeruiet his qui

ſe

ſe genuerunt in opere, & ſermone. Tertio quia homini prodeſt multum. quatuor enim bona facit homini. Primum eſt, quia uitam temporalem auget. Eccleſiaſt. Qui honorat patrem & matrem ſuam, uita uiuet longa. Secundum eſt, quia qui honorat parentes, honorabitur à filiis, & ab aliis. Eccleſiaſticus. Qui honorat patrem iocundabitur in filiis, & in die orationis ſuę exaudietur. Idem. Gloria enim hominis ex honore patris. Tertium eſt, quia honor parentum purgat peccata. Eccleſiaſticus Eleemoſyna enim patris, ideſt facta pro patre, non erit in obliuione. Nam pro peccato matris, ideſt eleemoſyna facta pro peccato matris, reſtituetur tibi bonum, & iuſtitia ędificabitur tibi, & in die tribulationis commemorabitur ſui, & ſicut in ſereno glacies ſoluentur tua peccata. Quartum eſt, quia qui honorat parentes, benedictionem à Deo conſequetur. Eccleſiaſticus. In omni patientia honora patrem tuum, ut ſuperueniat tibi benedictio à Deo, & benedictio illius in nouiſſimo manet. Quarto debemus honorare parentes propter duo mala, quæ accidunt eis, qui inhonorant, & affligũt, tribulantque parentes ſuos. Primum eſt, quia in malam famam incurrunt. Eccleſia-

Eccl. 3. Eccl. 3. Idem, 3 Eccl. 3. Eccl. 7. Eccl. 3.

ſticus. Quàm male famæ eſt, qui de-
relinquit patrem, & eſt maledictus à
deo qui exaſperat matrem. Prou. Qui
Pro. 19 affligit patrem, & effugit matrem,
ignominioſus eſt, & infelix. Eccleſia-
Eccl. 3. ſticus. Ne glorieris in contumelia pa-
tris tui, non eſt tibi gloria ſed confu-
ſio. Secundum eſt, quia mortem æter-
Exo. 21 nam acquirunt. Exod. Siquis percuſ-
ſerit patrem ſuum, & matrem ſuam
Deu. 27 morte moriatur. Deut. 27. Maledictus
qui non honorat patrem ſuum, & ma-
trem ſuam, &c.

Homo amittit bonum, quod facit triplici ratione.

PRimo, iuſtum ſe putando. Vide
ſeruator loquens de phariſæo
Luc. 31 dicente. Non ſum ſicut cæteri
homines, raptores, adulteri, &c. dixit.
Qui ſe exaltat humiliabitur, &c. Pro-
pterea dicebat Iob. Si iuſtificare me
Iob. 10. uoluero, os meum condemnabit me.
Secundo alios deſpiciendo. Eccleſia-
Eccl. 8. ſticus. Ne deſpicias hominem auer-
tentem ſe à peccato. Et Gregorius.
Grego. Noli in eo deſpicere quicquid fuit,
qui iam cæpit eſſe quòd non fuit. Ter-
tio de bonis, quæ agit ſuperbiendo.
Luc. 18 Idem exemplum habemus de phari-